

*120. Instrumentum oblationis di
Antonello de Musso e Bellucia de Pagano*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*120. Instrumentum oblationis di
Antonello de Musso e Bellucia de Pagano*

1429-08-27

(c. 435r) In nomine domini domini nostri Iesu Christi amen. <Anno> a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo vicesimo nono, regnante serenissima domina domina nostra Iohanna <secunda> Dei gratia Hungarie, Ierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque regina, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno quinto decimo feliciter amen, die vicesimo septimo mense agusti, septime indicionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos Girardus de Garumba annalis iudex civitatis Potentie, Thomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra serras Montorii, Capitinate ac Basilicate regia autoritate <notarius> et testes subscripti ad [ho]c specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico fatemur atque testamur quod in nostri presentia eodem die constituti, <in> ecclesiam <sic> Sancti Girardi de Potentia, in choro eiusdem ecclesie, ante altare magnum dicte ecclesie [..]te, personaliter et devoti Antonellus de Musso de Potentia et Bellucia mulier de Pagario de Potentia, uxor dicti Antonelli, more iure Romano viventes sicut ceteri homines et mulieres de dicta civitate ab antiquo vixerunt et vivunt, ex parte una, et honesti viri domnus Guilb....nus et domnus Guillelmus fratris Antonii de Potentia, clerici et presenti, interdixerunt, dicte ecclesie, agentes nomine et pro parte dicte ecclesie et successorum eorum, ex parte altera, propter // (c. 435v) infrascriptum contractum inter eos celebratum solemniter et legitime, predicti Antonelli <sic> et Il computo dell'era regni è per anno incipiente allungato.

Bellucia eius uxor, pari voto et consensu, asseruerunt coram nobis sponte et voluntarie, omni dolo et fraude cessante et considerantes in morte eorum quod satis [.....] plurima fragilitat(is) humane et precogitantes caus(a) <sic> resolupt(i)o(n)is coniugiu(m) earumdem sapientium mors etiam imitari, volentes serviendo <sic> Deo cui servire in omnibus est ex iustitia divino inbuti spirtus capiente, igitur pro Christi amore animeque eorum salute [ecc]lesie Sancti et Gloriosi Girardi de Potentia [.....] discipline et religioni residuum vite eorum ho[b]ediente, reverentie et humiltati uti converso oblato ecclesie supradicte, ut magis libentius Christo domino valeant famulari, salvis bonis certis et rebus prout inferius n per ipsos coniuges reservatis, quoniam ut dicit psalmista «Quid retribuam Domino pro omnibus, que retruibuit mihi? Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocando» et etiam legitur quod «Nil dignius in homines sapientia et approbabilis iudicat quam illius <sic> qui pro humano genere et originale, portatum ad inferos, divina s(ent)entia condannat(um) crucis patibulum <sic> salvavit et redemit suo sanguine pretioso», deliberaverunt et obtulerunt coniuges ipsi, propter affeidem quam int(er)ne germit erga predictam // (c. 436r) ecclesiam et beatum et gloriosum presidem Beati Girardi, primo et principaliter personas eorum et omnia bona eorum, videlicet domum et vineam, reservatis bonis mobilibus et stabilibus inter domum tam pro vita et alimentis Nicholai Fornarii, socii sui et coni[nct]um <sic> predictorum, gestantibus in dominio et proprietate [i]psorum coniugum et per quempiam non possint a dicta domo expelli neque privari de dictis bonis mobilibus; et ipso Nich[olao] defunto, statim predicta bona reservata pro vita ipsius ap[pli]centur

ecclesie supradicte [...]e reservatione in illis [dic]ti coniuges illis <sic> dum vixerunt in humane eis liceat fruique bona; scilicet domus et vinea sunt situate [...], inter civitatem et eius tenimento, eorum finibus designat[e], Deo et beato glorioso sancto Girardo, clausis manibus [flexi]sque genibus, ante altare magnum predictae ecclesie inter ma[n]us ipsorum honestorum virorum dopni Ciculli <sic> de Mallano, dopni Guillelmi fratris Ant(onii), ut supra prepositorum et dicte ecclesie, vice nomine et pro parte dicte ecclesie et subcessorum ipsius, si totaliter astrinxerunt et denique posuerunt et recipientiu(m) <sic> coniuges ipsos cum predictis bonis in (con)sercio et collegio clericali donationemque ipsam predictorum bonorum inrevocabiliter inter vivos presentibusque dictis prepositis ut supra ab eisdem coniugibus nomine et pro parte // (c. 436v) dicte ecclesie et successorum eiusdem recipientibus illam et faciendum de eis, servata dicta reservatione, [...] quicquid dicte ecclesie et successoribus ipsius deceptero <sic> visum erit; renunciantes coniuges ipsi huic mundo cecitatem et expresse et promittentes coniuges ipsi, sponte, servare stabilitatem co[ns]cientie, morum obedientiam, reverentiam et humilitatem iuxta morem et consuetudinem conversorum et oblatorum; renunciantes coniuges ipsorum <sic>, [ex cer]ta eorum scientia, doli mali, vis metus et in factum, beneficium restitutionis in integrum, omni iuri et legum ac privilegiorum impetratorum et impetrandorum et consuetudinum auxilio, consuetudinibus, exceptionibus, beneficiis et auxiliis predicti constituentes vel quicquid intra predicta vel aliquis predictorum coniuges vel aliquis [e]orum seu alius nomine ipsorum venire possent vel a[li]quatenus se tueri; et proinde coniuges ipsi se

ipsos obligaverunt predicta omnia rata et firma habere, tenere et inviolabiliter observare et contra ea non facere vel venire, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, aliqua ratione vel causa, ingenio seu tractatu, sub pena unciarum auri decem, pro medietate ipsius pene regie curie vel alteri competenti curie // (c. 437r) ubi exinde forsitan actio seu reclamatio facta fuerit et altera medietate dictis prepositis dicte ecclesie vice et nomine eiusdem successorum ipsius stipulantibus a dictis coniugibus et dicte ecclesie applicanda, me predicto notario tamquam persona publica pro parte ipsarum curiarum et dictis [p]repositis seu procuratoribus, ut supra, pro se, nomine et vice dicte ecclesie et successorum eiusdem a dictis coniugibus solemniter et legitime stipulantibus penam ipsam. Qua commissa vel non, exapta [vel non] seu gratiose remissa, predicta omnia et [s]ingula in suo robore et efficacia perseverent, cum reffetione omnium damnorum et expensarum litis et extra que fierint propterea quoquomodo. [Et] propterea supradicti Antonellus et Bellucia coniuges, pro premissis omnibus et eorum singulis actendendis et inviolabiliter observandis et quod predicta nam sunt, in manibus prefactorum prepositorum et procuratorum, ut supra, voluntarie ad sancta Dei evangelia iuraverunt; et voluerunt partes ipse quod si aliqua iuris solemnitas in presenti instrumento deficeret, tacite et expresse intelligantur in eo et totiens refici et // (c. 437v) emendari possit ad consilium sapientis, quotiens opus fuerit, varitate substantia non mutata. Unde ad futuram memoriam et preces dictorum coniugum et prefactorum prepositorum et successorum eiusdem ecclesie certitudinem et cautelam, presens instrumentum oblationis et professionibus exinde factum

est per manus mei predicti notarii Thome, meo solito
signo signatum, mei qui supra iudicis ac testium
predictorum subscriptionibus manum.

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

Così S per Garruba (da docc. coevi)

Così S per devote

Così S qui, altrove Pagano, lettura più verosimile

Così S per mero

Così S per Guillelmus de Mallano (da docc. coevi)

Così S per prepositi

Così S per? ut dixerunt

Dubito dello scioglimento

ex-capiente, così S, di difficile comprensione

Così S per? conversos oblatos

Così S per liberius

Così S per invocabo

Così S per? hominum

8

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

Così S per optabilius

Così S per fidem

Così S per genuit

Così S per intus

Così S per? tantum

Così S per? restantibus

Così S per intus

Così S per intus

Così S per se

predicti-predicta possibili errori di trascrizione in S

Così S per vera

Così S per veritatis

Così S per professionis

Così S per roboratum

Quod scripsi ego prefatus Thomas notarius publicus
ut supra no[ta]rius qui premissis vocatus et rogatus ut
supra ipsumque meo consueto et solito signo signavi.
[S] Ego Girardus de Ga[ru]mba annalis iudex testis
qui supra Ego Lucas de Bonoioanne testis sum Ego
Nicolaus Antonius de Lauro testis sum Signum crucis
proprie manus Nicolacii de Laurentis idiote qui interfuit
se scribere nescientis Signum crucis proprie manus
Simunelli testis idiote qui interfuit et scribere nescientis
Signum crucis proprie manus Coletti de lo Gatto testis
idiote qui interfuit et scribere nescientis Signum crucis
proprie manus Nicolai Mafei testis idiote qui interfuit
et scribere nescientis Signum crucis proprie manus
Angelilli Maffei de Baldo testis idiote qui interfuit et
scribere nescientis